



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 23. Utrumque Neapolis castrum a Rege captum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

erat lætitia devictorum, qui non minus Sæcul. XV.  
A.C. 1495.  
quam ipsi Victores de Regis adventu triumphabant, ac ut verbo dicam, nulla publici gaudii signa excogitari poterant, quæ Neapolitani juncta cum Gal-  
lis opera in usum deducere prætermis-  
sissent. Adeo nempe Prædecessorum  
Regum severitas cunctos incolas depres-  
serat, econtra vero mitioris regiminis  
spes erexerat.

## §. XXIII.

*Utrumque Neapolis castrum a Rege  
captum.*

Deerat tamen Regi ad victoriæ sum- *Mem. de  
Commin.  
l. 7. c. 14.  
Albinus de  
bello.*  
mam castrum - novi expugnatio; qui-  
nimo aliæ adhuc arces validis omnino  
præfidiis munitæ Ferdinando parebant.  
Has inter castro Ovi præerat Fridericus  
Ferdinandi Patruus, Marchio autem Pi-  
scarius Castrum - novum tuebatur: cum  
autem ibidem casu pulvis pyrius ignem  
conciperet, tam horrendus excitabatur  
frigor, strepitusque, ut Piscarius consi-  
lii inops conscensa quadam cymba præ-  
cipiti fuga sese periculo subduceret. Eo  
absente mox milites Itali, qui adhuc in  
arce erant, dilapsi sunt; unde nonnisi  
quingenti ex Germanis supererant; ve-  
rum eorum Dux magis pretiosa colli-  
gens, cetera militum suorum prædæ re-  
*Hist. Eccles. Tom. XXXI.* C liquit,

Sæcul. XV. liquit, Gallisque arcem occupandi co-  
A.C. 1495. piam dedit. Nec majori impendio ste-  
 tit Castrum Ovi expugnatio; quippe illius  
 Præfectus tam segni manu oppugnan-  
 tium impulsus retudit, ut Galli nullo fer-  
 me negotio obsidionales accessus perficere,  
 arcique exercitum admovere possent. Capto  
 itaque utroque castro Rex totam Neapolis  
 urbem suæ subiecit potestati, ac paulo post  
 ad Metropolis exemplum ceteræ Regni urbes  
 brevi sese Gallorum imperio subdiderunt: dudum  
 tamen in pristini Regis sui fide persiste-  
 runt Brundusiani, Gallipolitani, Reggieneses,  
 Manthiani, & Turpienses. Hi enim, cum  
 hæc urbes in Calabria sitas a Regis sui imperio  
 avulsas, ac Precejo fuisse donatas ægerrime  
 ferrent, constanter in Ferdinandi obsequio  
 permanserunt.

## §. XXIV.

*Neapolitanum Regnum ex ipsa Gallorum culpa amissum.*

*Raynald. ad* Igitur Carolus totum Neapolis regnum  
*ann. 1495.* spacio quinque mensium subjugavit;  
*n. 34.* tot enim a profectioe ab Astensis  
*Spond. hoc* si civitate usque ad castrum Ovi ex-  
*anno num. 5.* pugnationem intercesserunt. Equidem  
 adeo rara hæc inauditæ felicitatis rari-  
 tatis Regem celebrem reddebat: verum  
 is ea, qua parta tueretur, virtute desti-  
 tueba-